

ejusque Suffraganei simul convenire, ut suis providerent Ecclesiis anno Christi 411. Innocentio I. Summo Pontifice, Imperantibus Honorio & Theodosio, quo tempore Alani, Suevi & Vandali Hispanias depopulabantur.

*Bracarense Concilium II.*  
 Secundum vero Bracarense Concilium convenit ann. Christi 563. sub Metropolitanano Lucretio, ut provideret Ecclesiis, quam tunc Priscillianitarum hæresis infestabat, contra quam Synodus septemdecim canones producit. Exinde duos & viginti alios ut provideret Ecclesiasticæ disciplinæ, p. 190.

Can. 3. Ut non aliter quam Presbyteri minores populum salutent Episcopi, eisque populus respondeat, *ibid.*

Can. 6. Ut servata Metropolis professione ceteri Episcopi sedeant juxta ordinem suæ consecrationis, *ibid.*

Can. 16. Ut qui per desperationem sibi mortem consciverunt, Ecclesiasticæ sepultura, & fidelium suffragiis priventur, *ibid.*

Can. 17. Catechumeni sine Baptismo defuncti careant Ecclesiæ sepultura & oblationibus, *ibid.*

Can. 18. Ne fidelium defunctorum cadavera intra Ecclesiam, sed circa Ecclesiæ murum sepeliantur. Vide ibi Scholium, *ibid.*

Can. 19. Ut oblationum distributiones inter Clericos singulis hebdomadis decendantur, p. 191.

*Bracarense Concilium III.*  
 Tertium Bracarense Concilium anni 572. *ibid.*

Can. 5. Ne ulla sine dote consecratur Ecclesia, 190. & p. 280. can. 16.

*Bracarense Concilium IV.*  
 Quartum Bracarense Concilium anni 655. p. 206.

Can. 2. In Missæ Sacrificio vinum aqua modica miscendum & consecrandum, *ibid.*

Can. 4. Sacerdotes dum sacrificant, vel Corpus Domini sumunt, vel ministrant, orationem utroque humero terre debent, *ibid.*

Can. 5. Ne clerici cum feminis cohabitent, sola excepta matre, et si Nicænus canon, & Carthaginensis Concilii Tertii permittant cum fororibus habitare, *ibid.*

Can. 6. Pravam aboleri consuetudinem Episcoporum, qui in gestatorio humeris hominum imposito appensis de collo Sanctorum reliquis per urbem procedebant, Levitis Albis indutis humeros suos supponentibus. Statuit autem, ut vel Levitæ ferculum humeris gestent, in quo sola reliquie sacræ collocentur, Episcopos autem pedes subsequatur, velut Episcopos absque illo factu pedibus incendens, reliquias deferat, 207.

*Britannia.*  
 Britannia per Lucium Mercuriorum Regem ad Christum conversa, Eleutherio Pontifice, p. 41.

*Bruno.*  
 Bruno Tullensis Episcopus ab Henrico secundo Imperatore Roman dimissus ad Papæ dignitatem consequendam, Cluniacensis petransiens, monitu Hildebrandi Monachi, quem secum ille Roman deduxit, purpuram deposuit, ne videretur dignitatem supream ante Romanæ Ecclesiæ confirmationem præripuisse. Deinde lætenter Romæ exceptus confirmatus est Papa, dictus Leo IX. p. 260. 261. n. 10.

*Budense Concilium.*  
 Budense in Hungaria Concilium anni 1279. p. 329.

Can. 1. Ut Prælati sicut dignitate, ita & morum sanctimonia, & devota conversatione ceteris præcellere debent, & consue coram debent præ aliis Clericis amplius deferre, qualem probatissimi regulares, *ibid.*

Can. 2. De cappis & mantellis Prælatorum, dum itinerrant, & ut sub eis rosetas albas deferant, *ibid.*

Can. 3. Ne in suis privatis vestibus quidquam auri vel argenti gerant præter crucem & anulum pastoralem, *ibid.*

Can. 4. Quibuscumque Clericis præter Episcopum interdiciuntur annuli, *ibid.*

Can. 5. Tabernæ ingredi clerici verantur; alioqui puniendi prohibitione ingressus Ecclesiæ, *ibid.*

Can. 6. Ne Clerici bellis aut hostilitatibus se immisceant nisi pro sui vel patriæ defensione, sed ne procul militent. Eadem Can. 7. iterantur, *ibid.*

Can. 8. Ne mimis aut histrionibus intendant. Nec alex vel taxillis: unde si monachi non abstant, ab Episcopo suspendantur ab officio vel beneficio. Ne ludis intersint. Ita tondentur, ut aperta pateant aures. Innumeris aliis canonibus hæc ipsamet confirmantur, 329.

Can. 9. Nullus Clericus sententiam sanguinis dicat aut proferat, nec per adulationem vel inclinationem chirurgiam exerceat, nec purgationi aquæ vel ferri ullaenus cooperetur, 330.

Can. 11. Ne Sacerdos vel Clericus gladium portet, nisi timoris causa manifesta ingruerit, sed neque tunc sine licentia Prælatorum, *ibid.*

Can. 21. Ut per omnes Ecclesias christina, oleum sanctum & Eucharistia sub clavibus custodiantur. Quæ si is, ad quem spectat ista custodia, neglexerit, tribus mensibus ab officio & beneficio suspendatur, & si per ejus incuriam aliquid nefarium contigerit, gravius puniatur, *ibid.*

Can. 32. Nemo incogitatus admittatur ad ministrandum in sacris Ordinibus, *ibid.*

Can. 41. Ne propria Sacerdotis aut quævis alia suppellex in Ecclesia reponatur, nisi propter hostiles incurfus aut incendia repentina, *ibid.*

Can. 43. Ne profanentur Ecclesiæ vel Cæmeteria. Ne in his choreæ vel judicia fiant, *ibid.*

Can. 64. Ne Monachi extra Monasteria sua exeat nisi ex justa causa cum licentia Abbatis vel Præpositi, nec dimittantur sine socio. Alioqui puniendi Abbates vel Præpositi, si suum in hac re officium neglexerint, & suspendendi a Diocesano.

*Burdigalense Concilium I.*  
 Burdigalense Concilium anni 1583. p. 433.

Tit. de Sacramento Ordinis. Ut ad Ordines promovendi serio examinentur, & quæ præsertim in hoc examine observanda, *ibid.*

Item ne Episcopi quidquam pro Ordinatione accipiant. Scribæ autem literas expedientis salarium ordinatur moderatum, *ibid.* 434.

Tit. de Parochiis. Multa eis præscribantur: 1. Ut plebem catechizent. 2. Vitia coarguant. 3. Inimicos reconcilient. 4. De pauperibus inquirent & provideant, & de puellis nubilibus, de orphanis, de ægrotis, aliisque miserabilibus personis, *ibid.* 434.

Item ut singulis annis quatuor libros ac indices conscribant. 1. De Baptismis. 2. De Communionibus Pascalis. 3. De Matrimonis. 4. De Sepulturis & Parochianorum obitibus, *ibid.*

Item qua ratione per unionem vel primitiarum assignationem parochialis Ecclesiæ pauperum sustentent succurratur, *ibid.*

Tit. de Verbi Divini prædicatione. De concionatoribus ab Episcopo eligendis & alimentis eisdem præstandis, *ibid.*

Item de officiis concionatorum, & quæ vitanda illis sunt, *ibid.*

Tit. de Usuris. Decernitur, mutuum debere esse gratuitum, ne plus exigatur quam collatum fuerit in sorte, nisi in casibus a jure permisis. Item varii contractus referuntur, in quibus usura declaratur, ideoque prohibentur, *ibid.* & seq. Vide vocem Usura.

*Burdigalense Concilium II.*  
 Alterum Burdigalense Concilium anni 1624. p. 446.

Tit. de dimissiois literis. Episcopo subditos suos a se ordinari fatagant, nec nisi probatos & examinatos ad alios Antistites dimittant ordinandos, *ibid.*

Item ne incapaces aut indigni quocunque respectu referantur aut privilegia a quocumque Episcopo indiscussis examini que cepti ordinentur, *ibid.*

Item ne capitula Cathedralium Ecclesiarum dimissiois concedant nisi post anni decursum, *ibid.*

Tit. de Concilio Provinciali. Ut Episcopi statim diebus ad assignatum Concilii locum conveniant sub penis canonicis, p. 439. 440.

Omnes propemodum Synodales conventionium Episcoporum in unam aliquam Provinciam constitutiones post ultimum generale Concilium sunt renovationes præcedentium canonum, præsertim Tridentinorum, ut supervacuum sit illas in parallelos simul conferre, perinde ac si robur Tridentinis decretis inde accederet, 440.

*Burgundiones.*  
 Burgundionum sub Rege Sigismundo conversio ad Catholicam fidem, fatagente Avito Viennensi Episcopo, p. 167. n. 11.

*Byzantium.*  
 Byzantium altera Roma sedes Imperii Orientis, p. 110. Vide inferius vocem Constantinopolis.

**C**abulo & Catalaunum binæ in Gallia civitates Episcopales, quæ communi vocabulo vulgo nominantur *Chalauns*. Et quidem Cabulo ad Ararim, *Chalauns sur Saone* suffraganea est Archiepiscopo Lugdunensi. At vero *Chalauns sur Marne*, Catalaunum ad Maronam, suffragatur Archiepiscopo Rheimensi.

*Cabilonense Concilium I.*  
 Cabilonense primum Concilium inibi regnante Clodoveo II. anno 550. p. 203. & seq.

Can. IV. Ne unius civitatis duo ordinentur Episcopi. Id veterat Nicænus canon 8. Nisi oppositum suadeat necessitas accessendi coadjutoris propter ætatem decrepitam, aut infirmitatem immedicabilem præsentis Episcopi, sicut olim divino consilio factum est, quando Alexander in auxilium vocatus fuit Narcissi Jerosolymitani Episcopi centesimum & decimum quintum ætatis annum supergressi, ut referet Eusebius Cæsariensis, *ibid.*

Can. V. Ne res parochiarum laicis regendæ committantur, *ibid.*

Can. VI. Ne quis res Ecclesiarum invadere præsumat, *ibid.*

Can. VII. Cavetur, ne defuncto presbytero vel Abbate quidquam de rebus parochiæ vel monasterii pereat, vel dilapidetur, *ibid.*

Can. VIII. Pœnitentiæ Sacramenti, & injunctæ satisfactiois necessitas, *ibid.*

Can. IX. De mancipiis Christianis a servitute infidelium redimendis, *ibid.*

Can. XI. Ne Clerici compellantur coram laicis iudiciis litigare, sed suis dimittantur Episcopis, 204.

Can. XII. Ne sint in uno monasterio duo Abbates. Et ne Abbas sibi successorem nominet, *ibid.*

Can. XIII. Nemo alterius Clericum retinere aut ordinare præsumat, 205.

Can. XV. Ne Abbates aut Monachi patrocinium secularium contra Ecclesias requirant, secus facientes ab Episcopo excommunicentur, *ibid.*

Can.

Can. XVI. Ne quis in sacris pretio ordinetur. Vide Chalcedonensem can. 2. *ibid.*

Can. XX. Agapius & Bobo Episcopi Dianensis Ecclesiæ ob delicta degradantur, *ibid.*

*Cabilonense Concilium II.*  
 Alterum Cabilonense Concilium anni 813. sub Carolo Magno, p. 240.

Can. 1. De officio Episcoporum, ut legant sacros libros, canones Patrum, Pastorem B. Gregorii Papæ, & crebro predicent, *ibid.*

Can. 3. Ut scholas in suis diocæbus instituunt, *ibid.*

Can. 6. Avaritiam præstringit Sacerdotum suadentium renuntiantibus sæculo, ut res suas Ecclesiis largiantur, *ibid.*

Can. 8. Ut Sacerdotes de suis redditibus asservatis pauperibus subveniant, *ibid.*

Can. 9. Decima ubi solvendæ sint, *ibid.*

Can. 20. De pace & unitate fidelium, *ibid.*

Can. 21. Ut Magistratus sine personarum acceptione iuste judicent, *ibid.*

Can. 46. De sacra Communione devote frequentanda, *ibid.*

Can. 49. Quibus in locis Missarum solemnia celebranda, non in locis privatis, ut prohibent Laodicens & Chalced. Synodi, *ibid.* 241.

Can. 61. De moderandis colloquiis monialium cum secularibus in auditorio monasterii, 241.

*Cæcilin.*  
 Cæcilia Virgo, Valerianus, & Tiburtius sub Alexandro Martyres, p. 41. n. 6.

*Cæsaraugustanum Concilium.*  
 Cæsaraugustanum Concilium anni 381. sub Damafo Papa adversus Priscillianitas, p. 115.

Can. 3. Eucharistiæ gratiam qui non in ipsa Ecclesia consumpserit, anathema sit. Priscillianitæ enim abutebantur eo Sacramento ad execranda flagitia, & in suis coëtibz loco Eucharistiæ ritus abominabiles induxerant, *ibid.*

Can. 5. Quem suus Episcopus ab Ecclesia separaverit, ne ab aliis recipiatur, p. 115.

Can. 7. Ne quis sibi Doctoris nomen imponat, *ibid.*

Can. 8. Ne venturæ virginis nisi post probatam 40. annorum ætatem, *ibid.*

*Cerimonie.*  
 Cerimonie manuum impositionis quidam significant, p. 15. Cerimonie quæ baptismo adhibebantur, p. 35. Cerimonie olim circa Eucharistiæ usitæ, p. 18. 19.

*Chalcedonense Concilium I.*  
 Chalcedonense Concilium œcumenicum quartum adversus Eutychem heresim anno Christi 451. sub Leone Papa I. Marciano Imperatore Orientis, p. 148. Præsentibus Legatis Apostolicis.

Actione I. Dioscorus Alexandrinus Episcopus fautor Eutychem, multorum scelorum convicius, præfens de gradu & sessione deponitur, eique inter alia obicitur, quod absque Summi Pontificis auctoritate Synodum ausus fuisset celebrare, quod nunquam ante factum fuerat, p. 149. n. 7.

Actione II. Recitata sunt fidei Nicæne, & secundæ Synodi symbola, & Leonis Papæ ad Flavianum epistola, qua perlecta Synodus acclamavit. Petrus per Leonem Pontificem loquutus est, Apostoli hoc docuerunt, *ibid.* n. 8.

Actione III. Inferitur disceptatio inter Eutychem se fingentem ægrotum, & Legatos a Flaviano ejus Synodo missos, ut illum ad Concilium Constantinopoli coactum citarent. Marcianus Augustus ad Synodum Chalcedonensem ingreditur, *ibid.* n. 9.

Actione VII. Concilium præfente Marciano decernit de duobus insignibus Ecclesiis Antiochena & Jerosolymitana. Quod decretum postea Justiniano rogante quinta Synodus confirmavit. Deinde Lateranensi quarta sub Innocentio III. Finito Concilio tres Canones fallos Anatholius cum aliquot Græcis Episcopis furim induxit, quos Legati Apostolici compta fraude reprobant, ob novitatem eorum, & ambitionem Apostolicæ dignitatis & Sedi Apostolorum Principis injurias, *ibid.* n. 11.

Chalcedonensis canon 2. Episcopos damnat, quicunque pretio ordinationem fecerint, 150. 151.

Can. 3. Ne Clerici ob lucrum rebus secularibus se implicent, *ibid.*

Can. 4. Ut monachi Episcopis subiciantur: Neque nova monasteria aut Ecclesiæ sine consensu Episcopi construantur, p. 151.

Can. 6. Ut nullus ordinetur nisi cum Ecclesiæ, in qua ministraturus sit, assignatione, *ibid.*

Can. 7. Vetat militiæ sacræ adscriptos ad secularem vitam redire, *ibid.*

Can. 8. Ut Rectores Hospitalium Episcopis subiciantur, *ibid.*

Can. 9. Ut Clerici non nisi apud Episcopos inter se litigent, p. 152.

Can. 10. Non licere Clerico duas simul Ecclesias tenere; Neque per ambitionem de una in alteram transferri, *ibid.*

Can. 11. Quibuslibet personis literæ commendatiæ aut pacificæ ab Episcopis concedendæ, *ibid.*

Can. 12. Ne una Provincia in duas Metropoles dividatur, *ibid.*

Can. 13. Ut sine commendatiis Clerici extra suas Ecclesias non ministrent, p. 153.

Can. 14. Prohibet Clericis inferioribus alterius sæcæ uxorem ducere, *ibid.*

Can. 15. Ne Diaconia ante 40. ætatis annum ordinetur, neque si ordinata cuiquam nubat, *ibid.*

Can. 16. Monachus vel Monialis Deo dicata a nuptiis arceatur, *ibid.*

Can. 17. Parochiæ rusticæ quibusdam pastoribus subiciantur. Et valere in Ecclesiis præscriptionem annorum triginta. Et de jure præventionis in appellationibus ad Exarchum, vel ad Patriarcham, vel ad Episcopum Constantinopolis, *ibid.*

Can. 18. Conjuraciones adversus Episcopos prohibentur, p. 154.

Can. 19. Ut Episcopi corripiantur, qui ad Synodum vocati venire negligunt absque justa causa, *ibid.*

Can. 20. Clericus unius Ecclesiæ in aliena prohibetur ordinari, *ibid.*

Can. 21. Clerici aut laici ne absque prævio examine ad accusandum Episcopum admittantur, *ibid.*

Can. 25. Ut intra tres ab electione menses Episcopi consecrentur, *ibid.*

Can. 26. Ne sine œonomo Episcopus res Ecclesiæ per se administrat, p. 155.

Can. 27. In raptore feminarum sub obtentu matrimonii non valeat conjugium, quando femina est in raptoris potestate. Et ut raptor sit infamis & excommunicatus, & teneatur raptam dotare iudicis arbitrio, *ibid.*

*Callinicus.*  
 Callinicus Mathematicus, advenio a se igne Græcanico, clafsem Saracenorum incendit, p. 196. num. 9.

*Calojoannes.*  
 Calojoannes in Oriente imperat. Insignes illius victoriæ, & pietas, p. 270. n. 17.

*Cameracense Concilium.*  
 Cameracensis Ecclesia in Metropolim erecta per diminutionem Provincie Rheimensis a Paulo IV. & Pio IV. Pontificibus, Cameracense Concilium inibi anno 1565. p. 422.

Ejusdem tit. v. cap. 4. Pastores in suis Ecclesiis nulli concionari permittant sine mandato Ordinarii, *ibid.*

Tit. VII. cap. 5. Rejctus ab ordinario liberum habet aditum ad Superiorem, ut sibi negatum beneficium conferatur: Superior vero non conferat nisi bene examinatis recusationis prædictæ causis, nec omnino conferat, si repulsi causa iusta extiterit, *ibid.*

Cap. 6. Quotquot habent beneficia suis Ecclesiis unita, ut Capitula & Abbates, non prius provideant Pastores curatis beneficiis, quam præsentati Ordinario fuerint & ab illo probati. Neque possint Abbates & Capitula admissos & probatos ab Ordinario revocare nisi de ipsius consensu. Atque iidem constituti rectores mandatis Episcoporum obtemperant, ab eisque, si deliquerint, corrigantur, p. 423.

Cap. 8. Curati administrarios Sacerdotes non accipiant quoad ministeria Sacramentorum, & reliqua munera quacunquæ mercede, nisi Episcopo præsentati, ab eodem approbati, & literas approbationis retulerint, *ibid.*

Tit. VIII. cap. 1. Damnatur in Sacerdotibus ebrietas & provocatio ad haultus æquales. Rei hujus vitii castigandi & suspendendi, *ibid.*

Tit. XX. cap. 3. & 4. De piis imaginibus Christiano ritu colendis, *ibid.*

Cap. 5. Miracula non divulganda sine auctoritate Ecclesiæ, *ibid.*

Tit. XXII. De indulgentiis & clavium potestate, *ibid.*

*Canon.*  
 Canones Apostolorum quam habeant auctoritatem, p. 4. In Canonibus qui Apostolis ascribuntur, multa quidem sunt ficticia, sed quedam ficticia & apocrypha sunt, p. 4. 5. n. 1. 2. Canones 45. 46. & 67. de baptizatis ab hæreticis denuo baptizandis ficticia & commentitia sunt, *ibid.*

Quid de quinquaginta a Dionysio Exiguo collectis, 5. n. 4. Canonum Ecclesiasticorum habuerunt collectionem suam Franci sub prima Regum suorum progenie, *ibid.* n. 6.

Canon 5. Apostolis ascriptus, statuens depositionis penam in Episcopum, qui specie religionis uxorem suam dimiserit, videtur ab Hæreticis vel Schismaticis proculum, p. 5. n. 7.

Canones decem celebres de gratia & libero arbitrio a Dionysio Abbate ex scriptis Romanæ Ecclesiæ collecti commendabiles, p. 138. & 141.

Canonicis cantores, de quibus Canon. 15. Laodicens, longe præcesserunt institutum canonicorum regularium, pag. 106. num. 10.

Canon et si regulam significet, sæpe pro catalogo Clericorum unius Ecclesiæ serventium usurpatur. Unde quoque dicebantur Canonici quicunque Clerici in unius Ecclesiæ, cui ministrabant, matricula descripti. Aliæ præterea indignantur vocis canonis significationes, p. 105. 106.

Canones Ecclesiæ non licet Clericis ordinatis ignorare. Episcopi autem cura incumbit, ut eorum cognitione imbuantur, p. 114. 115. & 235. n. 2.

Canones pœnitentiales Petri Alexandrini Episcopi, p. 49. 50. & p. 62. 63. n. 2.

*Canonici.*  
 Canonici vita & officium, p. 389. n. 19. p. 410. n. 73. Canonici aut Parochorum tenuiores redditus supplendi per simplicium beneficiorum uniones, fructum vel primitiarum assignationes, vel parochianorum contributiones, p. 440. n. 7. Vide Concil. Trident. sess. 24. de reform. c. 13. & 15.

*Canonica Scriptura.*  
 Canonice Scripturæ recensentur, p. 109. p. 116. 117. n. 7.

*Cantus Romanus.*  
 Cantus Romanus in Ecclesiis Gallicanas introductus ex consensu Pipini Regis & Caroli Magni, p. 232. cap. 74.

Cantus Ecclesiasticus sive vocalis, sive instrumentorum, sive cam-